



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina  
Ecclesiae Oeconomia**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1611**

XIV. Quæ commoda & ornamenta Sacramentum Matrimonij Ecclesiæ  
conferat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

larium suorum incredulitas, ut bene notavit Euangelista, eum prohibere. Similiter etiam neque defectus in sacerdotibus erit, si quando collatis exteriorius sacramentis, interiorius virtutes & gratiã non conferant; sed in ipsius suscipientis indispositione, quod obstaculum ponit.

Quicumque ergo de manu sacerdotis sanctificari desiderant, semet ipsos prius bene disponant, tunc autem bene dispositos iudicauero, verum dolorem de offenso Deo conceperint, & firmum propositum, Deo de cætero non offendendi, fecerint.

CAPVT DECIMVM  
QVARTVM.

*Quæ commoda, & ornamenta sacramentum Matrimonij ecclesie conferat?*

**O**Mnium Sacramentorum vltimum ordine est Matrimonium: De cuius dignitate dicturis, hoc prius sine ullius rei melioris præiudicio superponere

ponendum est, ex testimonio scriptu-  
 rz, ac Patrum constare, statum Virgi-  
 nitatis, ac Viduitatis perfectiores es-  
 se, & ad vitam spiritualem magis ac-  
 commodatos, quam in matrimonium:  
 Hinc S. Paulus, cum ipsemet virgo es-  
 set, optabat etiam ceteros tales per-  
 manere: & cum singulis statibus suis

1. Cor. 7.

fructus assignatur, centesimus Virgi-  
 nitati, sexagesimus viduitati, trigesi-  
 mus matrimonio tribuitur: Neque ab  
 homine facta est hæc distributio; sed  
 eam iustissimus, & æquissimus hono-  
 rum ac coronarum distributor Chri-  
 stus Iesus fecit. Palmam itaque & vi-  
 ctoriam virginitati, privilegium ali-  
 quod viduitati relinquamus; & Ma-  
 trimonium nostrum legis nouæ poti-  
 us cum illis matrimonialibus con-  
 tractibus, quæ sub alijs legibus initi  
 sunt, conferamus: in hac enim com-  
 paratione victoriam obtinebit, & Nu-  
 ptiz Christianorum, cæterorum ho-  
 minum coniugijs absque vlla compa-  
 ratione honorabiliores, digniores-  
 que inuenientur.

Matth. 13.

Vide com-  
 ment.

Pro cuius maiore intellectu notā-  
 dum est, duobus potissimum modis  
 matri-

Dignitas  
 Matrimo-  
 nij.

matrimonium posse accipi; primo  
 est nature officium; secundo, ut est no-  
 ua legis Sacramentum. Matrimonium  
 primo modo sumptum, nihil aliud  
 est, quam viri, femineque legitime in-  
 ta coniunctio individuum vita socie-  
 tatem adiunctam habens; atque ita  
 ipso Deo in mundi prima origine  
 institutum fuit, cum enim dixisset, *N-*  
*est bonum hominem esse solum: edificavit*  
*Dominus Deus costam, quam tulerat de*  
*Adam in mulierem; adduxitque eam ad*  
*Adam: Dixitque Adam, Hoc nunc os*  
*ossibus meis, & caro de carne mea: haec*  
*cabitur virago, quia de viro sumpta*  
*Quamobrem relinquet homo patrem*  
*um, & matrem, & adhaerebit uxori*  
 Christus aut illud Sacramentum effecit  
 cum dixit, *Quod Deus coniunxit, homo*  
*separet, ut scilicet significaret, mat-*  
 monium debere esse omnino indissol-  
 ubile, signumque esse matrimonij spiritua-  
 lis inter se, & suam Ecclesiam in ita; adeo  
 ceteris Sacramentis Ecclesiasticis  
 numerari: Hanc doctrinam ex SS. Pat-  
 ribus, aliisque Conc. hausit Conc. Trid.  
 Sess. 24. cum matrimonium in lege euangelica  
 teribus connubijs per Christum gratia pra-

*Genes. 2.*

*Math. 19.*

*Eccl. Trid.*  
*Sess. 24.*  
*cap. 1.*

stet, meritò inter nouæ legis Sacramenta August. de  
 annumerandū Patres nostri, Concilia, & fide & o.  
 vniuersalis Ecclesia traditio semper do. per. 7. 7.  
 cuerūt. Idēq; de Matrimonio insinuat  
 Paulus, ita ad Ephes. scribēs, Sacramē- Ephes. 5.  
 tum hoc magnum est; ego autem dico, in  
 Christo & Ecclesia. Magnū Sacramentū  
 in Ecclesia Christi est matrimonium  
 Christianorū, absq; cōparatione ma-  
 ius, quā vlla gētiliū cōnubia, aut Iudē-  
 orū, etiā legis tēpore, cōiugia. Lauda-  
 bile quidē erat Ethnicorū matrimo-  
 niū, eo quod fornicationes & adulte-  
 ria impediret, bonū prolis procura-  
 ret, natosq; iā legitimè liberos cōmo-  
 di⁹ enutritet. Eisdē quoq; de causis Iu-  
 dæorū matrimonia suā laudē merebā-  
 tur, & maximè quod ex stirpe A brahā,  
 eiusmodi connubijs continuata, ipse  
 Messias nasciturus erat: Nullo tamen  
 modo hæc matrimonia ad Sacramēti  
 dignitatē euecta fuere; nullā spiritua-  
 lē gratiā cōtrahētibus cōtulere. Hinc  
 videas quantū etiā apud primæuos il-  
 los Iudæos, de statu suę pfectionis, ad  
 q̄ Christ⁹ postliminio eā reuocauit, ex-  
 ciderit. Nā cōtra primogeniā eius in-  
 stitutionē, Polygamia, & vxorū plura-  
 licas

licas

litas introducta est; & tandem etiam  
 maritis ab vxoribus se per libellum  
 repudij exonerandi potestas à Moysen  
 facta est; quæ omnia Christus, mat-  
 monium euangelicum instituens, reuocauit  
 formauit: pluralitatem enim vxorum  
 & polygamiam sustulit, cum matrimonium  
 ad vnum & vnam, sicut in Genesi  
 Adamum & Euam institutum fuit, haud  
 duxit: Libellum verò repudij reuocauit  
 uit, cum dixit, *Moyse ad duritiem cordi-  
 dis vestri permisit vobis dimittere vxores  
 vestras: ab initio autem non fuit ita  
 Quicumque ergò vxorem suam dimiserit  
 & aliam duxerit, Mechatur, & qui  
 missam duxerit mechatur.* Quam ipsa  
 legem Vas electionis Paulus ad Corin-  
 rinthios scribens promulgauit, item in  
 quasi iterato sanciuit, dum ait, *Ita mulier  
 tem, qui matrimonio iuncti sunt precipue  
 non ego sed Dominus, vxorem à viro  
 discedere: quod si discesserit, manere  
 ptam aut viro suo reconciliari: Et  
 vxorem non dimittat.*

Si vero quidam quod, discipulus  
 Christo, mihi obijciant dicentes, *Statutum  
 ita est causa hominis cum vxore, non  
 pedis nubere. Respondebo cum Christo,  
 Sto, No-*

Genes. 2.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

Matt. 19.

Non omnes capiunt verbum hoc; sed  
 quibus datum est: Sunt enim eunuchi, qui  
 de matris utero sic nati sunt; & sunt eu-  
 nuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sūt  
 eunuchi, qui seipsos castrauerunt, propter  
 regnum cœlorum: Qui potest capere ca-  
 piat, quasi dicat, qui intelligit intelli-  
 git, perpetuamque continentiam, quā  
 haud impossibilem nouit, voueat: à  
 matrimonio enim se abstinere pecu-  
 tiem coliare Dei donum est, de quo Apосто-  
 lus ait: Sed unusquisque proprium donū  
 habet ex Deo; alius quidam sic, alius ve-  
 dimiserit sic.

1. Cor. 7.

Illud tamen hoc loco notari ve-  
 rimus, quod quamuis Christianorum  
 ad matrimonium nonnullam difficulta-  
 tem importet, propter subiectionem  
 mulieris ad virum, suamque indisso-  
 lubilitatem omnimodam: à multis ta-  
 men molestijs eximitur, quæ passim  
 in infidelium connubijs concurrunt:  
 Et Gratia enim, quam coniugati in hoc  
 sacramento consequuntur, vt docto-  
 res docent, amorem coniugalem au-  
 get, difficultates & amaritudines, quæ  
 statum hunc consequuntur faciliat,  
 & dulcescere facit, concupiscentiam

Effectus  
Matrimo-  
nij.

Chrysof.  
Hom. 20.  
in ep. ad  
Ephes.

H refr.

refrænata, illicitos amores restringit, & vires  
 maritum ad vxoris amorem inclinât. Nam  
 & vt eam tanquam suam carnem trahat  
 & vt inducit: vicissimque fæminæ prebent,  
 suadet, vt maritum suum honoret, talem  
 que tanquam Domino suo, ac cap subijc  
 sublit, seruiatque. Si autem maxime  
 pars coniugatorum quotidie contumaciter  
 rium experiatur, scilicet pro auxilio &  
 impedimētum, pro consolatione & valer  
 stitiam, pro amore odium, pro vniuersi  
 ne animorum dissidium, pro fide & sua  
 iugali meretriciam leuitatem, pita va  
 subiectione rebellionem, non non est  
 quod Sacramentum accusent; sed & cu  
 iguam suam deuotionem, & dispo  
 tionem quam hoc Sacramentum has di  
 cepturi attulerunt culpent: Vt enim  
 matrimonium ritè, legitimeque cum  
 trahatur multa sunt necessaria. ab ho

*Nota*

*Cõditiones  
 ad Matri-  
 monium  
 requisitæ.*

In primis oportet inter tales per  
 sonas contrahi quæ nullo iuris im  
 dimento contrahere inter se pro  
 bentur; deinde, vt ob eum finem  
 quem institutum est ineatur, scilicet  
 non tantum, vt carnis concupiscentiæ  
 tix satisfiat; sed ob sobolem procre  
 dam, & fornicationem aliosque g  
 præ



estringi vires incontinentiæ actus vitandos:  
 inclinamur Nam qui ad nuptias sola sensuali de-  
 nem trahunt, inlectatione illecti conuolant, tantum  
 ninæ peccat, ut gratiam aliquam Sacramen-  
 noret, talem recipiant, ut potius diabolo se  
 accipiant, & Dei indignationem in-  
 maxime currant: Habemus hoc ex testimonio  
 e cont. Angeli, ira Tobiam alloquentis, *Audi Tobia. 6.*  
 o auxilium & ostendam tibi qui sunt quibus pra-  
 tione ualere potest demonium: Hi namque qui  
 pro uisum coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se,  
 fide & sua mente excludant; & sua libidini  
 m, pta vacent, sicut equus & mulus quibus  
 non est intellectus. Si quis ergo utiliter,  
 t; sed & cum debito fructu Matrimonium  
 & disponere parat, in hunc finem actiones su-  
 tum las dirigat, in quem ab ipso instituen-  
 te matrimonium directum fuit, &  
 eque cum talibus contrahat, qui nullo iure  
 ia. ab hoc contractu arcentur.

Arcentur autem multi, tam viri, Non c. 2. 3.  
 quam foeminae, qui aut simpliciter, licet Ma-  
 se pro aut inter se incapaces matrimonij trimoni.  
 finem sunt; præ cæteris autem cauendi sunt  
 , scilicet sacris ordinibus initiati, Religiosi,  
 cupis moniales, & quisquis votum perpe-  
 proce- tuæ continentiae emisit. Neque enim 1. Cor. 7.  
 sique g. prætextu eius quod ait Apostolus Me-  
 ni.

H 2 lius

*Ambr. ad Virg. laps. cap. 7.* *lius est nubere quam vri;* liberum putent vota frangere: Non enim loquitur Apostolus, qui voti castitiam rei erant; sed illis quibus liberum adhuc erat coniugari, aut cælibes manere. His autem, qui perpetua stituti se deuouerant, vota sua im- re iubet, ac alia via ignem carnis concupiscentiæ extinguere, quomodo multi etiam Religionem faci- & fecerunt.

*Reges con- iugatorū.*

*1. Cor. 7.*

Maritati itaque & vxorati in iugio suo pacifice perseuerent, ne uicem coniugali debito defraudent nisi sorte ex consensu ad tempus orationi vacent, sicut docet Apostolus. Religiosi autem, & qui continentiam uouerunt, spiritualibus suis ptijs contenti sint, & sponso suo Christo datam fidem seruent, promissaque impleant. Dico autem non & viduis, cum eodem Apostolo, est illis, si sic permaneant: Coniugati enim tribulationes carnis plurimas patiuntur, in diuinis seruitijs, & curis distrahuntur in cultura animæ impediuntur; nam ut idem ait, *vos sine sollicitudine esse: Qui sine*

est sollicitus est, qua Domini sunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cum uxore est sollicitus est, qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier inuupta, & virgo cogitat, qua Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: Quae autem nupta est cogitat, qua sunt mundi, quomodo placeat viro. Quibus verbis vas electionis, & Apostolorum post Petrum maximus, graphicè cœlibatus priuilegia depingit: Sed nos ad cōiugatos, qui Apostolica præcepta implere tenentur redeamus: Viris dicit Paulus, *Viris diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, foeminis autem, Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae.*

Ephes. 5.

Hasque speciatim intruens S. Petrus, ait, *Similiter & mulieres subditæ sint viris suis; ut & si qui non credunt verbo per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant; considerantes in timore castam conuersationem vestram: Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate*

1. Petri. 3.

H 3 quieti,

quieti, & modesti spiritus, qui est in  
 spectu Dei locuples. Sic enim aliqua  
 & sancta mulieres sperantes in Dom  
 ornabant se subiecta proprijs viri  
 cut Sara obediebat Abraha Dominu  
 um vocans. Et Paulus ad Titum  
 bens ait, Adolescentulas docenda  
 se, Ut viros suos ament, filios suos  
 gant prudentes, castas, sobrias, dom  
 ram habentes, benignas, subditas viri  
 is, ut non blasphemetur verbum De  
 si dicat, Ne fides, religioq̄ae Chris  
 na, quæ Matrimonium verum ac  
 gnum Sacramentum reputat, ab  
 micis suis contemnatur, si vider  
 Christianos in matrimonio malè  
 nimes, aut discordes viuent.

Atque hæc sunt leges, quas coniu  
 tis duo Apostolorum Principes  
 mulgarunt; ex quibus vnusquisque  
 cile intelligat, qualem se coniugiu  
 exhibere teneatur: Ac felices quide  
 illi, qui eas seruant ad amissim, ac  
 ab omni diuini huius Sacramenti  
 adulterium, aut aliam immundit  
 violatione abstinent, Nam de adu  
 rio benè dixit Iob: Hoc nefas est &  
 quitas maxima: Ignis est vsque ad per  
 tionem

Peccatum  
 adulterij.  
 Job. 31.

tionem deuorans, & omnia eradicans  
 genimina. Adulteri enim Sacramen-  
 tum matrimonij profanantes sacrile-  
 gium designant, & compari suo iniu-  
 riam irrogantes, maximam iniustitiã  
 committunt; & corpus omniaque sua  
 bona hoc vnico peccato insumentes,  
 se grauissimis pænis, tam huius, quam  
 futuræ vitæ obnoxios reddunt. Res ip-  
 sa quotidiana experientia, & passim  
 obuijs exemplis adeò manifesta est,  
 vt longiore probatione non egeat: Si  
 tamen aliqua exempla desideres, pau-  
 cis habe. Legimus in vitâ S. Stanislai,  
 Boleslaum Poloniae Regem, cuiusdã  
 pellicis amore quasi dementatum, di-  
 uinitus maximo pudore ac dedecore  
 affectũ: quotquot enim ex concubina  
 illa liberos suscipiebat, ij omnes de-  
 formes, monstrosi, & trementes nas-  
 cebantur, imò succrescente ætate ipsi,  
 totaque eorum posteritas in meram  
 stultitiam, amentiamque deuoluebã-  
 tur. Item refert S. Gregor. quendam  
 nomine Curialem, commissio cum ea,  
 quam de Baptismatis fonte suscepe-  
 rat, incesto, post septimam à factõ die  
 diuinitus morte subitanea punitum

*Penatius.*

*Greg. l. 4.  
 Dial. c. 31.*

A 4

fuisse;

fuisse; cumque cadaver terræ mandatum esset, vehementissimum ignem sepulchrum inuasisset, nec cessasset nec corpus, omniaque quæ ibi erant sumpsisset: & Tane leue esset, igne corporali cadaver absorberi, nisi in super corpus & anima adulteri perpetua gehennæ flammis addicta fuisset. nam ut inquit Apostolus, *Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri neque molles, &c. regnum Dei percipiant. Quid ergo? ibunt in ignem eternum, qui Diabolo, illisque parati sunt. Neque enim inter hæc duo ullum medium, pro ijs, qui ad perfectum rationis usum peruenerunt, inueniri potest. Exemplum vultis? Referat Petrus Damianus, Iuenculæ cuidam matrisque parente orbatae dubium inter matrem, utrumnam parentum imitaretur, patrem ne qui castam vitam exegerat; an matrem, quæ incontinenti ac lubricè vixerat. Dum autem in dubio angitur spiritu abreptam, & extasim factam patrem suum locum mentis, pulcherrimoque perpetua lætitia, ac iucunditate fruenter conspexisse; matrem verò in loco horribili*

2. Cor. 6.

Petr. Damian.  
Cardin.

ribili, terrorisq̄ue pleno æternas pœ-  
nas, ac cruciatus sustinentem vidisse.  
Ex quibus facilè quis felicem eorum,  
qui conjugalem fidem seruarunt fi-  
nem; & infelicem eorum, qui eam vi-  
olarunt, exitumprehendet; ideoq̄;  
exemplis multiplicandis diutius non  
inhærebo, si paucula de mutua paren-  
tum, ac filiorum obligatione subiun-  
xero.

Coniugati itaque, & parentes, qui  
bus proles largitus est Deus, tenentur  
eas educare, instruere, & de futuris  
bonis, medijsue providere: Naturalis  
ratio dicitur primum; docet Sapiens  
secundum, cum ait *Filij tibi sunt erudi  
illos, & curua illos à pueritia illorum: fi-  
lia tibi sunt serua corpus illarum*; Tertium  
ex iplo Apostolo habemus, qui in-  
quit, *Nec enim debent filij. parentibus  
thesaurizare sed parentes filijs.*

Oportet itaque, ut parentes suos fi-  
lios nutriant, eosq̄ue iuxta conditio-  
nem sui status, remota superfluitate,  
vestiant, in cultu diuino instituant;  
scientiam, artemne aliquam, qua ec-  
cupentur honestè, doceant, aut saltè  
doceri faciunt; in quem finem seli-

H s

gendi

*Obligatio  
nes paren-  
tum erga  
filios.*

*Ecclesi. 7.*

*2. Cor. 12.*

gendi sunt doctrina, & pietate præ-  
 tes magistri, qui eos tam exem-  
 quam verbo, ad omnem honestate  
 erudiant, delinquentes absque velo  
 mentio: i iurgio, aut maledicto cor-  
 gant. Qui verò filios suos institue  
 negligunt, aut vitia eorum diffin-  
 lant, se & proles suas perdunt. Exe-  
 pla passim sunt obuia? Vnum He-  
 summum veteris legis sacerdotem  
 tuemini; Hic filiorum suorum Oph-  
 & Phinees nequissima scelera audis  
 corripuit quidem; sed pro atrocitate  
 rei, non satis acriter obiurgavit, &  
 iuste vindicavit; ideoque aduersus  
 vtrosque iratus Deus, filios Philis-  
 norum gladio interemit; parentes  
 verò euerfa sella, ac rupta ceruice  
 terræ affixit. O verè tremendam,  
 negligentibus parentibus timendam  
 punitionem. Quod ad prouisionem  
 quam parentes, iuxta dictum Aposto-  
 licum facere tenentur spectat; Scien-  
 dum est non obligari parentes, vt  
 lijs suis amplos redditus relinquamus  
 aut maximos honores pro ijs ambiamus  
 sed sufficere, vt secundum conditio-  
 nis suæ exigentiam, ijs de honesto ve-

1. Reg. 2.  
 & seqq.

Quousque  
 tenentur  
 parentes  
 filijs pro-  
 uidere.



Et, aut modo honestè eum acquiren-  
di prouideant. Sunt nonnulli paren-  
tes, qui filiorum causa, neque noctem,  
neque diem sine cura & sollicitudine  
transigunt, adeo pertinaciter diuitias  
persequuntur, & superbè honores  
ambiunt, vt scilicet filij sui opibus af-  
fluant, & mundi huius dignitatibus  
exornentur; qua quidem sua inutili  
sollicitudine, & importuna cura sibi  
damnationem pariunt: posteris autè  
suis ad eandem viam seruiūt. Nam, vt  
quidam pius Doctor aduertit, multi  
parentes filijs suis agros, terrenasque  
possessions; pauci cælum procurant:  
Atque vtinam proh dolor filios suos  
recta in cælum contendentes, à virtu-  
tis tramite non diuerterent: Noue-  
rint autem tales Matrimonij Sacra-  
mentum institutum esse, non solum  
vt homines, sed Ecclesiæ filij multi-  
plicentur, cælumque bonis, ac probis;  
non infernus repleatur. In hunc igitur  
finem debent parentes suas proles  
educare, seque fortunatissimos existi-  
mare, si contingat Deum eos ad pecu-  
liare suum seruitium euocare, aut ad  
specialem quandam sortem, hæredi-

H 6 tatem

*Chrysof.*

tatem ne adoptare.

**Obligatio-  
nes filiorū  
erga pa-  
rentes.**

**Exod. 20.  
Matth. 15.  
Marc. 7.  
Ephes. 6.  
Coloss. 3.**

Filij autem tenentur parentes suos honorare, illisque in omnibus, quae diuinæ legi non contrariantur obedire, & tempore necessitatis, & maxime in senectute, omni ope adesse, ac merito suas vices rependere. Docet hoc non solum natura exemplo ciconiarum, & leonum; nam, ut naturales Philosophi referunt, parentum senio confecti sedulam curam gerunt, ac de quaestione præda sollicitè eos alunt: & licet nobis hoc naturæ exemplum deficere sufficere deberet diuinæ legis præceptum quod ait, *Honora patrem tuum & matrem tuam ut sis longeuus super terram.* Et S. Paulum dicere, *Filij obedite parentibus vestris in Domino; hoc enim iustum est, & est mandatum primum in promissione; ut benè tibi sit, & sis longeuus super terram.* Neque difficile erit filijs hanc erga parentes suos reuerentiam in se excitare, si animi cōsiderent, quantas molestias in educatione, institutione, & prouisione parentum sui pertulerint: multo que facilius hic reuerentialis amor in Christianorum cordibus exardescet, qui

memor

meminisse debeat, se non solum à parentibus suis corporaliter generatos sed etiam per Baptismum renatos esse, hoc ipsum enim beneficiorum omnium, ut vidimus, maximum parentum cura possident, cuius valor, neque dignè æstimari, neque iustè remunerari vllò corporali obsequio possit. Hęc itaque filij considerent, horum contemplatione ad honerandum parentes, ijsque seruiendum seipso exstimulent; exemplum Christi habent, qui subditus fuit parentibus suis, Mariæ matri, & Iosepho nutritio patri, ad annos plurimos.

Luc. 2.

Habetis itaque quodnam sit Christianorum matrimonium; quæ sit eius excellentia super cætera connubia; quomodo sanctè cõtrahi debeat; quibus obsequijs maritus vxorem, vxor maritum præuenire debeat; quam curam ac sollicitudinem parentes filijs, quem honorem & obedientiam filij parentibus impendere oporteat.

Conclusio.

De singulis quoque Ecclesiæ sacramentis, quomodo ea Dominus noster, & Redemptor Iesus Christus ad filios familiæ suæ generandos, confirmandos,

H 7

MURR

nutriendos, sacrificandos, muniendos  
 negandos, ac multiplicandos instituen-  
 dos. Quid ergo post intellectam omnium  
 horum diuinorum mysteriorum vir-  
 tutem, & excellentiam restat, quae  
 ut summam Institutoris sapientiae  
 laudemus ac admiremur; infinitae  
 largitoris bonitatem agnoscamus  
 grataque mente recolamus. Ab his  
 ueribus Paganis, & gentilibus exclu-  
 dentur; ijs qui sub lege aliquando fuerunt  
 aut etiam modo sunt, paria privilegia  
 non conceduntur; Haeretici & schi-  
 smatici his gratijs seipso priuant,  
 indignos reddunt.

Laudamus itaque o dulcissime Iesu  
 diuinam tuam sapientiam, qua sacra-  
 menta naturae nostrae corruptae ita co-  
 moda & proportionata instituit  
 amplectimur bonitatem, qua ea no-  
 bis tam liberaliter communicasti; to-  
 toque insuper corde gratias agimus  
 quod nos Ecclesiae tuae partes, ac mem-  
 bra effeceris: De caetero omnipotentis  
 Maiestatem nostrae supplicantes, quate-  
 nus intellectum nostrum illuminare  
 dignetur; ut intelligat voluntatem ac-  
 cendere, ut amet dona tua spiritualia  
 gratias

gratiasque quæ mediantibus sacra-  
mentis nobis communicantur, vt mo-  
dò dicendum est.

CAPVT DECIMUM  
QVINTVM.

*De singulari eminentia, ac mirandis  
effectis gratia iustificantis,  
qua per sacramenta  
confertur.*

QVod inquit Psalmista, *Omnia glo-  
ria filia regis ab intus*, perinde est,  
ac si dicat, omnis pulchritudo animæ  
iustæ, quæ est filiæ Dei Regis, & Domi-  
ni Dominantium, à gratia, virtutibus,  
alijsque donis interioribus procedit.  
atque ita hunc locum passim expo-  
sitores interpretantur; de quo gratiæ,  
ac virtutum ornamento nobis agen-  
dum erit, vt gloria & interior pul-  
chritudo animæ in charitate, & amo-  
re Dei viuentis, luculenter pateat.  
Concludimus autem cum Doctoribus  
Ecclesiæ sacrisque concilijs, gratiam  
iustificantem nihil aliud esse, quam  
diuinam aliquam qualitatem, & lumē  
quoddam, ac splendor, qui offuscata,

*Psalm. 44*

*Vide Ians-  
sen. sup.  
Psalm.*

*D. Thom.  
prima se-  
cunda qu.  
100. a. 4.  
Cōc. Trid.  
sess. 6. c. 6.*

AUC